



Numerus iste sic repertus, est chordæ subtensæ arcui distantia Solis à polo horizon-  
 rizontis, ut anno 1475, die 2 Augusti in meridie obseruatus, Pro arcu uero ex ta-  
 bula Sinuum inuestigando, sumenda est medietas huius chordæ, qui est Sinus re-  
 ctus arcus subdupli, aut medij ad arcum chordæ prædictæ. Hic igitur Sinus rectus  
 in tabula Sinuum, indicat arcum sibi debitum. Cuius arcus duplatus, est arcus debi-  
 tus supradictæ chordæ, & arcus distantia Solis à uertice horizon-  
 tis, huius comple-  
 mentum est altitudo Solis meridiana, uide huius exemplum.

|          |   |
|----------|---|
| 58 434   | Chorda distantia à uertice.                                   |
| 292 17   | Medietas huius chordæ.  |
| 16.59.17 | Arcus medietatis chordæ.                                      |
| 33.58.34 | Arcus eius duplicatus.  |
| 56.1.26  | Complementum huius duplicati, & est altitudo Solis meridiana. |

Per altitudinem Solis meridianam locum eius  
 uerum in Zodiaco capere.

Quære in area tabulæ sequentis altitudinem Solis meridianam, quam si præ-  
 cise inueneris, habebis in promptu ad dextram uel sinistram tabulæ. gradum Solis,  
 & in capite uel pede tabulæ, signum Solis. Nam si altitudo Solis sumpta est à Solstitio  
 hyemali, usq; ad Solstitium æstiuale, erit eadem altitudo Solis signorum ♄, ♃, ♀,  
 ♁, ♂, ♋. Si uero à Solstitio æstiuale in Solstitium hyemale, erit altitudo Solis signo-  
 rum ♄, ♃, ♀, ♁, ♂, ♋. Si autem altitudo Solis non fuerit expressa in tabula, accipe  
 numerum uiciniorum minorem tuæ altitudini ibidem expressum, notando extra  
 gradum in latere, & Signum in fronte uel pede tabulæ. Accipe etiam ibidem nume-  
 rum proxime maiorem, & de illis fac differentiam, quæ differentia erit numerus  
 primus regulæ de Tri, & diuisor. Deinde subtrahe altitudinem Borealem, ibidem  
 expressam ab altitudine proposita, & erit earum differentia tertius numerus, quem  
 multiplica semper in 60, qui est secundus numerus, & hoc productum diuide per  
 primum scilicet diuisorem, reduc tamen prius differentias ad secunda, facta multi-  
 plicatione & diuisione. Subtrahe illud quod prouenerit à signo, & gradu Solis ex-  
 tra notato. Si altitudo fuerit accepta à ♄ in ♄, uel adde si altitudo Solis fuerit à ♄ in  
 ♄. Per hanc regulam reperio altitudinis Solis meridianæ, scilicet 56, 1, 26, uerum  
 locum 18, 5, 43 ♃, Solis in Zodiaco ad tempus obseruationis.

Tabula